

Hunc librum Musis  
suis inservientem  
iure possidet  
Theodor Mahlmann

Comparati mihi  
Witzeb.  
p. mat. 12. q.  
p. hinc. 4. q.  
Al. Joh. Reibel.  
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Vigesima,

De

GRATIOSA TOTI-  
US CHRISTI PRÆ-  
SENTIA

*Quam*

Annunte Θεωρεώπω

SUB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI  
S. S. Theol. D. & P. P.

*In privato Collegio ad disputandum  
proponit.*

JOHANN-NICOLAUS SCHÜ-  
L I N Gnodtstadiensis Francus.

*Habebitur ad diem 6. Junij, horis  
pomeridianis*

In Auditorio minori.

WITTEBERGÆ

*Ex Officina JOHANNIS Gormanni,*

Anno cl. Id. CXIX.

CHRISTOPH 23 CR B

CHRISTOPH 23 CR B


CHRISTOPH 23 CR B

CHRISTOPH 23 CR B

CHRISTOPH 23 CR B

CHRISTOPH 23 CR B





## CONTINUATIO.

**P**osteaquam in superioribus disputa-  
tionibus examen tum  $\Psi\upsilon\chi\acute{\omega}\varsigma$  de maiestate,  
carni Christi à  $\lambda\acute{o}\gamma\omega$  communicata, tum  
 $\epsilon\iota\delta\iota\chi\acute{\omega}\varsigma$  de Omnipotentia & Omniscientia fuit in-  
stitutum: sequitur nunc quaestio de gratiosa Prae-  
sentia, in qua enodanda & explicanda ita versabi-  
mur, ut 1. Quid ea sit. 2. Statum quaestionis.  
3. Probationem. 4. Adversariorum obje-  
ctiones. & 5. Practicam meditationem bre-  
viter exponamus.

## T H E S I S I.

**P**raesentiam deducit Augustinus à praesto esse. Epist. 112.  
Quae notatio pulcherrime congruit phrasi ad Paulin.  
scripturae: Sum vobiscum: Ecce ad sum: in medio de videndo  
ipsorum sum: Non relinquam vos: Zanchius à pra- Deo.  
esse derivat, quod verbum significat idem ac adesse, L. 2. de Na-  
id est, esse ad seu apud aliquem. Id quod ipsius tur: Dei c.  
contrarium nempe abesse, i. e. procul ab aliquo esse, 6. fol. 91.  
confirmat,

II. Praesentiae igitur vocabulum  $\epsilon\pi\epsilon\iota\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota$  Tilenus in-  
ti est & absq;  $\chi\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\iota$  & relatione inter objectum, Syntag. Tri  
quod dicitur esse praesens, & subjectum sive rem, part. part.  
cui illud est praesens, intelligi nequit. 2. disp: 62.

III. Est autem praesentia gratiosa Iesu Christi thes. 21. pag.

MEMBRUM I. Marg. Theol. loc. 3. 29. Dominus D. Menzer. in Anti-Martin. p. 571. & alibi.

Ἰεωθεωῶς nihil aliud, quam efficax Christi præsens operatio, quâ per verbum Evangelij & Sacramentorum dispensationem homines vocat convertit, regenerat, vivificat, sanctificat, confirmat.

VI. Non negamus, præsentiam alicujus rei abstracte & precise in schola Philosophorum sumtam, non consistere formaliter in operatione. 1. Quia talis operatio supponitur esse transiens, ideo requirit aliquod externum, ad quod transeat: Illud autem non requiritur ad ipsum esse alicubi. 2. Operatio non est necessarius comes Entium. Potest enim res esse, si maxime non operetur. 3. Præsentia est relatio, operatio verò actio. 4. Ubietas una potest esse, ubi tamen operationis multiplicitas est, nihilominus salva existentia unitate ad τὸ ubi. 5. Præsentia hæc tantum entis indistantis est, & competit toti composito juxta omnes partes. Operatio verò etiam entis distantis & non secundum omnes partes esse potest. Sic homo intelligit, sed non secundum omnes partes.

V. Verum in Scholâ S. sancti semper & ubiq; vel ῥητῶς vel διανοητικῶς præsentia καὶ συμπλοκὴν καὶ μετὰ θεοδύνην intelligitur, & cū operatione ita coheret, ut efficax gubernatio definitive ad præsentiam pertineat, & neq; hæc sine illâ, neq; illa sine hæc esse possit.

VI. Duo igitur requisita sunt, ut in quovis, ita & in hoc præsentiæ gradu. 1. Substantialis Dei propinquitas. 2. Efficax Dei operatio, illa ἰσχωρῶς

ἄλλως non est hæc, nec hæc ὁμοιωτικῶς est illa: Tamet-  
si illa & hæc planè & plenè absolvant ipsam Chri-  
sti apud creaturas præsentiam ὁμοιωτικῶς acceptam.

VII. Patet hinc 1. DEI præsentiam nudam &  
otiosam ostendi non posse. 2. Nec sine operatione  
DEI M, nec divinam operationem sine DEO inve-  
niri.

VIII. Quam orthodoxiam vel ipse Zanchius a-  
gnovit: Deus, inquiens, non est certè (ut multi pu-  
tant) absens à nobis, id est, non est à nobis procul re-  
motus, sed verè præsens & propè nos, imò in nobis  
atq; ita propè nos, ut nos quoq; in ipso vivamus, imò  
& moveamur, imò & simus.

L. 2. de na-  
tur. Dei c.  
6. q. 1. fol.  
91. & 94.

IX. Causa autem hujus præsentie duplex est:  
quarum 1. quantum ad ipsum Corpus Christi, est  
personalis unio, & quæ hanc subsequuta est, ad  
dextram DEI Patris exaltatio. 2. quantum ad  
nos, ipsa Christi promissio. Hæc enim præsentia est  
gratiæ; gratiâ autem nititur sola promissio.

X. Quam promissionem confirmamus dictis dul-  
cissimâ & vivâ consolatione plénissimis Matth. 18.  
20. Ubi duo aut tres congregati sunt in nomine  
meo, ibi ego in medio eorum sum. Et: Matth. 28.  
20. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad  
consummationem sæculi.

XI. Ubi duo inprimis observationem merentur  
1. Subjectum, quòd Christus dicit: Ego: 2. Præ-  
dicatum, vobiscum sum, quâ voce præsentia Chri-  
sti certissimè significatur.

MEMBR.

II.

XII. Perquam autem studiosè notetur, nos neq<sub>3</sub> de presentiâ angelicâ, neq<sub>3</sub> humanâ, neq<sub>3</sub> ullâ aliâ, quomodocunq<sub>3</sub> & qualitercunq<sub>3</sub> etiam ab homine conceptâ, sed tantum de presentiâ & λόγῳ incarnati divinâ, loqui. Non enim est aliâ Christi, quâ Deus, aliâ quâ homo est, presentiâ, sed una eademq<sub>3</sub> licet modo diverso. Nam λόγῳ competit ex natura divina immensitate: carni verò λόγῳ ex hypostaticâ unione, & ad dextram Dei exaltatione. Illi competit primò, per se & immediate: Huic secundariò & mediate.

Disput. 1. de  
dati Christi  
in tem-  
pore thes. 4

XIII. Quæ fundamenta non se mutuo oppugnant & evertunt ( ut D. Francus Profess: Academ. Viadrina sine fundamento infrunnitus asserit ) sed unum præsupponit alterum.

XIV. Unde eritur controversia: An Christus suis fidelibus adsit secundum solam deitatem; quod Calviniani: An etiam secundum humanam naturam, quod Orthodoxi affirmant.

MEMBR.

III.

XV. Horum sententiam confirmat 1. Personæ Christi descriptio: Ego, nempe à Iudæis crucifixus, mortuus, resuscitatus, & jam jam cælum ascensurus, vobiscum sum. Vox, Ego, adversarior. confessione personæ nomen est. Persona autem οὐδὲν & erat, in & ex duabus naturis subsistens. Non igitur debet mutari in nomen solius nature divine, priusquam certis immotiōq<sub>3</sub> rationibus, illud evincatur.

XVI. 2. In



XVI. 2. In nomine Christi congregatio. Convenimus autem in nomine Christi, non solius Dei λόγος, sed totius Christi, Dei & hominis, secundum utramque naturam, Domini & salvatoris nostri.

Clariss. Dominus Laelius in Exeges. de

XVII. 3. Naturæ humanæ expressa mentio Apoc. 1, 13. & seq. 4. Corporis & sanguinis Christi in cœna communicatio. 5. Efficax in toto ministerio operatio. Marc. 16, 20. Act. 14, 3. Hebr. 2, 4. 6. Officii ratio, quod exequitur non in una natura tantum, sed in utraq.

pers. Christi c. 36. p. 428. Dominus Sigwart p. m. in admon. de Irenico

Nomina enim officij competunt Christo secundum utramque naturam. 7. Discipulorum confirmatio. Promissionem presentie, dubitationi discipulorum, non de divinitatis, sed hominis assumpti presentiam ambigentium, opponit.

Patei c. 3. l. 3. Art. 13. p. 579.

8. Exemplor. adductio. Christi 1. Saulum in via Damascena compellantis. 2. Ei in castris Lysianis adstantis. 3. eundem Romæ confirmantis.

Act. 9. 4, 5, 27. cap. 22. 7, 8.

XVIII. Verum hic tumultuari incipit Spiritus Calvinianus, hasque rationes non uno modo enervare conatur, dum in subiecto & prædicato effugia querunt.

Act. 23, 11. 2. Tim. 4, 17. MEMBR. IV.

XIX. In subiecto quidem; putantes synechdochicam hic esse locutionem, dum Christus nominando personam, partem illius intelligat.

Piscator. in Comm. super Nov. Testam.

XX. Quibus paucis Resp. Ubicumque seipsum Christus nominat, qualis est post incarnationem, totam personam utramque naturam constantem intelligit, &

A. 4. subiectum.

subjectum ad utramq<sup>3</sup> referri debet, nisi aliud ostendat textus evidentia.

XXI. Instantia loco adducunt dictum Ioh. 8, 58. indeq<sup>3</sup> sic colligunt: Vocabulum, Ego, hic non significat totam personam, nisi qui humanam quoq<sup>3</sup> naturam ante Abraham fuisse, imperite arguere velit.

Vide Clariss. Dn. Lælii in Criter: fid. pag. 181. XXII. R. Adversarios peccare allegatione im pertinentis testimonij, ob duplicem inprimis, quæ hoc loco occurrit, diversitatem. 1. Respectu ipsius personæ Christi; loquitur Christus de simplicissima sua persona, qualis ante ἐν σαρκί κωσιν Matth. 18. & 28. de persona composita, qualis erat post incarnationem. 2. Respectu temporis: Ibi sermo est de præterito, & de illa æternitate, quæ λόγος & apud Patrem ante omnia secula fuit. Hic de presenti & futuro. Ibi de λόγος nondum incarnato: hic de λόγος jam incarnato: Antequam Abrahamum Christus non erat, quod nunc est, etsi nunc sit, quod tum erat. Ut enim tum fuit λόγος & ita etiam nunc est, & semper erit; quod autem nunc homo est, tunc non erat. Probat nostram assertionem 1. Particula temporis: Antequam. 2. Iudeorum objectio & 3. Christi ad objectionem responsio, uti ex collatione vers. 56. 57. & 58. videre est. Manet igitur firmissima nostra regula ch. 20. posita.

e. 103. Harm  
part. 2. lib.  
4. pag. 189.

XXII. Chemnitius: Illud, Ego sum, inquit, proprie ad æternam filij divinitatem respicit. Ubi tamen

men Mediatoris officium non exclusum volumus. Ipse enim est agnus ille qui occisus est ab origine mundi. Ideo Iob etiam, qui paulo post Abrahamum vixit, eius diem vidit, eumq; suum <sup>HN</sup> esse testatus est, quod ipsum a peccatis liberaturus & in primo die resuscitaturus sit. Et hunc redemptorem suum jam dum vivere aperte testatus est. cap. 19. 25.

Apoc. 13. 8.

XXIV. In prædicato verò, dum unanimi consensu carnis assumptæ presentiam negant. Sic enim Calvinus: Contextus, inquit, evincit, Christum nihil minus, quam de carne suâ loqui, sed invitum auxilium promittere discipulis, quos adversus omnes Satane mundiq; insultus tueatur & sustineat. Polanus: Verba Christi hæc continent promissionem, quâ consolatur Christus discipulos suos in cælum ascensurus & corpus suum ab illis ablaturus, ne putarent se desereri, si corpore ab illis abiret, sed scirent; licet corpore discederet: manere tamen ipsum cum illis deitate, spiritu, virtute, efficacia & majestate. Martinius: Christus corpore suo ordinariè nunc non est, nisi in cælo. Interim adest nobis deitate suâ & spiritu. Illud quod facere potest plenè, quamvis corpore suo sit in cælis. Ita Piscator, Busæus, Gregorius de Valentia.

In Institut. l. 13. c. 17. §. 30. p. 499.

In Syntag. Theol. fol. 147. lib. 11.

L. 2. de Pers. Christi c. 21. pag. 980.

In com. su.

XXV. Resp. 1. ἀπαίδετος esse, affirmatâ gratiæ presentiam negare velle presentiam personæ, vel etiam nature gratiosè agentis. Una enim eademq; presentia hujus definitio est: non alia dei-

per cap. 28. Matth. In apol. con-

tra Gerlach tatis, In refut. V. bi quit;



tatis, alia humanitatis: Quare aut tota affirmanda est, de Christo juxta humanitatem, aut tota neganda. Qui E. negant Christum juxta humanitatem adesse Ecclesie, negant etiam eundem adesse gratiâ sua & Spiritu; quippe quæ nexu definitivo semper & ubiq<sub>3</sub> coherent. Negato igitur definito, ipsa quoq<sub>3</sub> definitio negatur, & contra.

XXVI. 2. De presentia Christi non in abstracto sed in concreto loquendum esse, unanimi hæcenus consensu docuerunt adversarij. Acceptamus & nos dicentes Christum, personam in concreto, non unam naturam tantum, sed utramq<sub>3</sub> simul: non naturam filij seorsum, non naturam humanam seorsum, sed Deum & hominem in unitate personæ verè adesse Ecclesie, omnibus diebus usq<sub>3</sub> ad consummationem seculi.

L. 1. de pers. XXVII. 3. Ipse Martinus nostram sententiam Christi 6. approbat; Eum certè, inquiens, ubiq<sub>3</sub> esse oportet, 5. p. 117. ad qui in omnibus locis præsens sit, in quibus homines dictum in ipsius nomine congregantur. Nisi autem essentiâ præsens sit: gratiâ non erit ubivis, nec intelliget necessitates nostras, nec ijs succurrere poterit. De presentia autem gubernatrice & auxiliatrice dominus verba facit.

XXIIX. Unde sic argumentamur: Nisi quis essentiâ præsens sit, gratiâ non erit ubivis, nec intelliget necessitates nostras, nec ijs succurrere poterit.

Atqui Christus secundum humanam naturam nobis præsens non est essentiâ uti patet ex th. 24.

E. nec.

B. nec gratia adesse, nec intelligere nostras  
necessitates, nec ijs succurrere poterit.

Vel ita: Christus in allegatis dictis thes. 10 ut  
homo est, promittit suam operationem, Spiritum,  
virtutem & efficaciam duntaxat, uti Calviniana  
thesis habet. E. Christus quâ homo non promittit  
in illis suam in terris presentiam, Annon viri Cal-  
viniani, hæc sunt contraria: presentia gubernatrix  
& auxiliatrix non potest esse sine gratiâ & auxi-  
lio: Et gratia vel operatio potest esse sine presentia?  
XXIX. Sed nondum finis est? 4. Absurda, quæ  
ex vestra assertione sequuntur, quæ so ponderate. 1.  
λόγος tantum in cælo, non autem in terris conve-  
niet definitio Unionis, quæ describitur in habitatio-  
ne totius plenitudinis Deitatis & λόγος. 2 totus  
λόγος & eatenus non esset incarnatus, sed tantum  
ejus particula quædam, eaq; valde exigua, cui  
Humanitas adhareat: reliqua verò omnis & λόγος  
pars, in carnata non esset 3. λόγος & in terris exi-  
stens haberet homines, ibidem habitantes, sibi lon-  
gè presentiores, quam suam propriam humanita-  
tem assumptam ut quæ in cælis tantum existeret,  
non autem in terris cum alijs hominibus, qui ta-  
men λόγος sunt presentes, adeo ut existat in o-  
mnibus, & habitet in Electis. 4. ἵστασθαι esset  
alicubi, ubi non esset id, quod in ejus ἵστασθαι  
subsistit. 5. Tolleretur omnis λόγος & Humanita-  
tis vera unio. Nam si λόγος est, ubi Humanitas  
non est, tum extra humanitatem est. Quatenus

quatenus

autem extra eam, eatenus non intra eam. Quatenus non in ea, eatenus sejunctus: Ideoq<sup>3</sup> non conjunctus nedum unitus. 6. DEUS eatenus non esset manifestatus in carne, quatenus dicitur extra carnem. 7. ἀλλάσα] & naturarum unio, per ἀσθήματα locorum distraberetur. Et quid multis? 8. λόγῳ extra carnem existente, duos constituit Christos certum est. Nam ubi solus λόγῳ existit ibi non sunt duae naturae: non λόγῳ incarnatus: non σῶθελ] & : non homo: non Christus, sed tantum λόγῳ: Christus autem (Deus scilicet & homo) tantum in caelis: quia ibi tantum unitus.

XXX. Ita nimirum τὸ ψεῦδος & πλουργιδὲς καὶ πολύμορφον est. Errare quidem humanum, at in errore perseverare, extremae dementiae est.

Matth. 26. XXXI. Ideoq<sup>3</sup> ne οἱ ἀντιλέγοντες male cause  
11. Ioh. 16, patrocinium deseruisse videantur, confugiunt ad  
Ioh. 17, 11. Ascensionem in caelos, abitum ex hoc mundo, &c.

XXXII. Unde sic insurgunt: Qui relicto mundo adscendit in caelos, inde rediturus ad iudicium, is nobiscum in terris amplius non est. Assumo ego. Filius Dei factus caro, relicto mundo, ascendit in caelos inde ad iudicium rediturus.

E. Filius Dei factus caro nobiscum in terris amplius non versatur. Conclusio est absurda, quippe quae ē diametro cum divinis promissionibus & exemplis & visione Apoc. 1, 13. & sqq. pugnat. Vitium igitur erit in praemissis. At nullum est in assum-

sumptione, quæ est Spiritus S, E. in propositione. Illa igitur sic limitanda erit: Qui relicto mundo ascendit in celos ( subtractâ hominibus visibili conversatione ) inde ( visibiliter ) rediturus ad iudicium: Is nobiscum in terris ( juxta visibilem illum conversationis modum ) amplius non versatur. Cujus limitationis fundamentum vide in dicto Actor. 1, 11. Si rediturus est Christus, ὅν ἑώρακόν οὐκ ἴδιστε εὐντὲν ἐν οὐρανῷ.

XXXIII. Consequentia igitur falsissima est: Christus ascendit visibiliter in cœlum, inde rediturus ad iudicium. E. Christus abest ab Ecclesia militante. Abitus enim ex hoc mundo, & præsentia divina non sunt contraria.

XXXIV. At inquit: Humana natura secundum veri corporis modum est in Cœlo. E. secundum verum corporis modum non est in terris. Concedo. Nam præsentia Christi in Ecclesia militante non dependet ex naturali modo corporis, sive ex proprietate vel facultate humana, sed tota divina est, & refertur ad Filij Dei personam divinam, in quâ deitas & humanitas personaliter unitæ subsistunt.

XXXV. Ita ergo concludimus: Officium Christi competit ei secundum utramq; naturam. Certum autem est, ad officium Christi mediatoris, pontificis, regis, ac capitis nostri pertinere, ut Ecclesiæ suæ adsit, ac præsens exaudiat, juvet, gubernet. E. adesse  
Ecclesiæ

Vide D. Ecclesie ac praesenter exaudire, iuvare, gubernare, Chemnit. competit Christo secundum utramq; naturam de Duab. XXXVI. Hic obiter notetur, quod, dum praesentiam ad officium referimus, distinguamus inter ipsam adessendi virtutem & facultatem, quae est ipsa divina immensitas & proprietates essentialis; Et inter actualem sive operosam assistentiam ex libera voluntate profectam.

107.

XXXII. Vanissima proinde est exceptio Calvinistarum, clamitantium nos transire a persona ad naturam, cuius criminis ipse rei sunt, pro tota persona τὸ θεῶν substituentes solam deitatem.

XXXVIII. Tandem contra adversam partem producimus argumentum: secundum illam naturam Christus nobis suam promisit praesentiam, secundum quam ei potestas in caelo & terra est data.

Atq; haec data est secundum humanam. E. secundum humanam quoq; naturam nobis suam promisit praesentiam.

MEMBR. XXXIX. O ergo felicem o beatam prior. conditionem. Ecce enim estne nobis colluctatio adversus princeps & potestates? Circuitne adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens? Confidite. Christus vobis praesens est: quo quis fortior: In medio vestrum est, quo quis praesentior? Imo & caput nostrum est. 1. Ratione communicationis. Annon enim caput corpori dat vitam, sensum & motum? Sic Christus virtute sui Spiritus vitam, vigorem, sensum ac motum spirituales communicat membris suis.


2. Ratione




2. Ratione conjunctionis. Caput nexu in divulso ad-  
 heret suis membris: solum ita Christus κατὰ φύσιν  
 uox nexum compagemq; membrorum cum capite &  
 inter se efficit. Hæres igitur, homo, in miserijs?  
 Ad caput curre, & auxilium consequeris, exemplo  
 Cananæe Matth. 15. 25. Imminet pausa vitæ? Chri-  
 stuste in meliorem transfert, ut per mortem vive-  
 re incipias, & ab æterna morte immunis maneas.  
 Avulso capite, homo moritur. Quid autem mortuus  
 cadavere miserius? Friget, riget, scætet. Sic impij fri-  
 gent ob carentiam cœlestis capitis: rigent ad quævis  
 bona opera: scætent, ob perpetuas scelerum evapo-  
 rationes? Adhæresce E. tuo, ô Christiane, capiti,  
 & illud tibi adhærebit, vitamq; ubi nulla mors,  
 nulla tristitia, nullus dolor, communicabit, cui  
 sit laus, honor, benedictio in æ-  
 ternum.


F I N I S.











Farbkarte #13

B.I.G.



GIAS SACRÆ  
 Vigesima,  
 SA TOTI-  
 STI PRÆ,  
 TIA

Θεωρεώπω  
 RESIDIO

ARIS MEISNERI  
 L. D. & P. P.  
 o ad disputandum  
 ponit.

NOLAUS SCHÜ-  
 diensis Francus,  
 em 6. Junij, horis  
 idianis  
 orio minori.

BERGÆ  
 ANNIS Gormanni,  
 Io. CXIX.